



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 58. Seichespei propositiones proscriptæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

christianam edicto regio promulgati le-  
gerentur, & omnes, ac singuli Magi-  
stri & Baccalaurei subscriberent illis.  
Hisce recitatis conclusum est, quod  
inscriberentur prædicti articuli in tabu-  
lis, & in eorum approbationem subscri-  
berent omnes & singuli Magistri & Bac-  
calaurei præsentis & futuri.

Præterea ex communi omnium de-  
creto conclusum est, quod adjicerentur  
alii articuli pro temporis conditione ne-  
cessarii, quos inter præcipuus est se-  
quens: „Credendum est, & certo te-  
nendum ab omnibus fidelibus, quod  
„in consecratione corporis, & sanguinis  
„Christi fiat realis transsubstantiatio pa-  
„nis materialis in verum corpus Christi,  
„& vini in verum ejus sanguinem.„ De-  
nique actum, quod Magistri, omnesque  
Doctores afferrent libros de hæresi su-  
spectos, aut hæreticos, si quos habe-  
rent, ut catalogus librorum reproba-  
torum rursus edatur: insuper prohibuit  
facultas omnibus, & singulis Magistris,  
ne quis ausu temerario Syngrapham su-  
am nomine privato quibuscunque libris  
visitandis apponat, sed eos afferat, &  
tradat Facultati more solito.

## §. LVIII.

*Seichspei propositiones proscriptæ.*

Z 4

Deni-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1559.



Sæcul XVI.  
A.C. 1559.

*Argent. t. 2.*

p. 282. Et

271.

*Vide infra l.*

155. n. 53.

Denique die vigesima septima Novembris facultas tres Petri Seichespéi propositiones in Sorbonnico, ut vocant, actu suo propugnatas damnabat, eumque ad palinodiam compellebat. Harum autem prima his concepta erat verbis: *Infidelis quolibet actu ad gehennam adijcat.*

Hæc propositio adversatur Scripturæ sacræ.

II. *Non omnes moriuntur*: Hæc propositio repugnat sacræ Scripturæ.

III. *Cæli sunt animati*: Hæc propositio olim damnata ab Universitate Parisiensi falsa est, & erronea, revocans aliquam gentilium idololatriam una cum suis illationibus concessis.

Postea præcepit eadem facultas, has tres suprascriptas propositiones juxta censuram facultatis præscriptam a dicto Seichespéo revocandas in actu publico, & intelligibili voce sine additione, & diminutione illarum.

Præscribent autem facultas sequentem revocationis formulam:

„Ego Frater Petrus Seichespée, alias Aridiensis, Ordinis Fratrum Prædicatorum, Baccalaureus formatus primæ licentiæ has tres suprascriptas propositiones, quas in actu meo Sorbonnico defendi, juxta censuram matris meæ revoco, & censuram ejusdem  
„facul-



„facultatis ad illas approbo. „ Cum Sæcul. XVI.  
 autem ille Baccalaureus propositionem, A.C. 1560.  
 quæ infidelium actiones concernit, spe-  
 ciatim revocare constanter detrectaret,  
 hinc censuit eadem sacra Facultas  
 præfatum Seichespéeum privandum es-  
 se per biennium fructibus, congrega-  
 tionibus, & omni consortio dictæ facul-  
 tatis, neque admittendum esse ante di-  
 ctum tempus ad juramentum; si vero  
 contigerit, dictum Seichespée nolle pa-  
 rere facultati, & prædictas proposi-  
 tiones revocare modo præscripto, censuit  
 eadem facultas, eum non esse admitten-  
 dum ad doctoratus lauream, sed in perpe-  
 tuum ea esse privandum.

§. LIX.

*Inauguratio Pii IV. Pontificis.*

Interea Pius IV. neo-electus Pontifex *Raynal. n. 1.*  
 die sexta Januarii sanctis tribus Re- *Onuphr. in*  
 gibus sacra anno sequenti millesimo *vita Pii IV.*  
 quingentesimo sexagesimo inauguratus *Panvinus &*  
 est, atque in hoc ritu insignia prorsus *Andr. Visto-*  
 pietatis suæ specimina edidit. Post hæc *rel. in addit.*  
 in primo Purpuratorum Senatu Cardi- *ad Ciacon.*  
 nalibus declarabat, sibi firmum, fixum-  
 que esse, quod ad Religionem Catholicam  
 in sua puritate conservandam, necnon  
 ad redintegrandam morum integrita-  
 tem, tutissima quævis media adhibere,  
 æqui-